



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 3. Gardinerus Viacomiensis Episcopus exauctoratus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

**Sæcul. XVI.** rudimenta explicent, & matrimonia in  
**A.C. 1551.** publicis omnium conventibus celebra-  
 ri faciant, atque infirmos ungendi usum  
 penitus abrogent, quatuor autem vici-  
 bus per annum Eucharistiam solemi-  
 ritu distribuant. Denique deplorabat,  
 quod Ecclesiasticorum tam pauci repe-  
 riantur ad docendum populum idonei,  
 quapropter huic malo remedium affe-  
 cogabat.

### §. III.

#### *Gardinerus Viacomensis Episcopus exauditoratus.*

**U**t autem cuncta, quæ spuriam refor-  
 mationem retardare possent, obsta-  
 cula removerentur, novaque secta per-  
 fector redderetur, Gardinerum Viaco-  
 mensem Episcopum sede sua pelli-  
 oportebat, eoque is sese recenti huic  
**Liturgiæ** opposuisset: mox igitur Re-  
 nonnullos nominabat Deputatos, qui  
 adversus eum judicii acta instruerent;  
**E**quidem Episcopus contra eos recke-  
 mabat, atque ad ipsum Regem provo-  
 cabat, imo suam appellationem iteru-  
 to interponebat. Ast incassum ceciderunt  
 omnia: pronuntiatur adversus eum ex-  
 auctorationis sententia, ac confessim ad  
 Londinensem turrim abstrahitur, ubi  
 usque ad Mariæ regimem hærere com-  
 pellitur. Pariter jam anno priori Bon-  
 nerus

nerus Londinensis Episcopus sua dignitate exuebatur, eorumque Sedes Viris Sæc. XVI.  
A.C. 1551.  
novæ sectæ multum faventibus studiose conferuntur, ac die vigesima sexta Aprilis Poinetus Roffensis Episcopus ad Viacomensem Ecclesiam transfertur, subrogato in ejus locum Storio. Præterea Exoniensi Episcopatui, quem Veysejus abdicaverat, præficiebatur Milesius Coverdalis: Ridlejus vero Londinensem, ac Hooperus Glocestrensem Ecclesiam sunt aucupati, qui ambo Præsules Cranmero plurimum propensi ejusdem consilia apprime secundabant. Horum itaque opera mox initium dabatur novæ fidei confessioni, cui ante Cleri Anglicani comitia, seu ante Mensis Februarii initium anno sequenti postrema manus fuit adhibita. Complectebatur illa quadraginta duos articulos; eorum autem Auctores Cranmerus, & Ridlejus fuisse creduntur, qui etiam eos postea ad ceteros Episcopos transmiserunt, ut illos corrigerent, ac necessariis additionibus augeant.

## §. IV.

*Articuli novæ fidei in Anglia.*

Articulus I. docet unius Dei existentiam in tribus Personis. II. Incarnationem Verbi Divini adstruit. III. Ar-

*Burnet. l. c.**p. 252.**Dupin. Bibl.**des Aut. p.**134.**2. Petri c. 3.**v. 19.*

P 2

ticu-